



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1525. usque ad annum 1529

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118480**

§. 69. Buda in Hungaria a Solimano capta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66472](#)

fectam palam facere ausi fuissent, præ-  
terquam quod Thomas Münzerus eo-  
rum caput a nullo Episcopo vel missio-  
nem, vel manuum impositionem rece-  
pisset, quinimo cunctis etiam Anabapti-  
stis optime persuasum esset, quod hic  
Hæresiarcha semetipsum ultro in Verbi  
divini ministerium ingessisset, atque in  
fraudis suæ subsidium falso se divinitus  
admonitum mentitus fuisset, ut eo fa-  
cilius vocationis suæ defectum coram  
hominibus occultaret.

## §. LXIX.

*Buda in Hungaria a Solimano capta.*

Interea Ferdinando ad reprimendos  
Turcarum insultus parum profuit in-  
dulgentia, qua Lutheri sectatoribus ce-  
dere videbatur; quippe Solimanus pri-  
mo vere exercitum centum quinquagin-  
ta bellatorum millibus validum in aciem  
eduxit, Budamque cinxit. Evidem  
Magistratus confestim delatis clavibus  
urbem Solimano tradiderunt, Comes  
vero Nadaстius, qui arcem cum septin-  
gentis Germanis tuebatur, sese dedere  
omnino recusabat; quapropter Turcæ  
eam toto armorum apparatu oppugna-  
re cœperant, atque cuniculo ignem  
cum tanto successu admoverant, ut sub-  
futa propugnaculi parte obseSSI vita re-

L 1 3                   busque

Sæcul. XVI.  
A.C. 1529.

Nic. Ithaun.  
Hist. Hung.

lib. 10.

Raynald. ad  
hunc ann.

num. 47.

**Sæcul. XVI** busque salvis fese victoris potestati sub-  
A. C. 1529. jicere compellerentur: Cum vero Nadaſtius nec hisce quoque deditioſis le-  
 gibus ſubſcribere vellet, a præſidiario  
 milite in carcerem conjiciebatur, nec  
 inde a Turcis liberatus, niſi ea lege, ut  
 ad Solimanum deduceretur. Hic vero  
 Comitem libero Joannis Transilvaniae  
 Præfecti, cum ejusdem ſubditus eſſet,  
 arbitrio reliquit, a quo tamen Nadaſtius  
 cum tanta clementia excipiebatur, ut  
 haud majorem ab innata ejusdem pie-  
 tate expectare potuiffet.

### §. LXX.

*Vienna a Solimano cincta, sed obſi-  
 dione liberata.*

**Sleid. comm.** Sultanus Budensi urbe capta cum co-  
 l. 6. p. 199. piis suis in Austriaſ excurrit, a ne-  
 mine præpeditus, niſi ab Altenburgen-  
 fibus, quorum tamen urbem irruptione  
 facta cepit: Cum vero Ibrahimus Baffa  
 cum Austriae Principibus clandestina  
 ſoveret confilia, hinc studioſe tot mo-  
 ras quærebatur, ut Solimanus mediam  
 æftatis partem otiosus transigeret, ejus-  
 que exercitus nonniſi vigesima ſexta Se-  
 ptembris die Viennæ admoveri poſſet.  
 Hæc Solimani cunctatio Ferdinandō op-  
 portunum urbem muniendi ſpacium in-  
 dulſit; qua propter eidem viginti pedi-  
 tum,